



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

Prologus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

PROLOGUS:

Consolationis gratia, aliquas sententias devotas in unum coacervavi libellum, quæ meo pectori charius committere volui. Et quasi quoddam delictabile pratum, variis arboribus confitum, pulchrisque venustum floribus habere disposui. Vbi ad legendum specularandumque optabiles materias tempore necessitatis, pro fovendis animis radio vel mœrore oblectis, quandoque introirem.

Vt autem lucide & prompte invenirem, sub qua arbore requiescerem; vel quis ad legendum flos gratior esset, singula capitulorum loca * rubricatis titulis præfulgere feci.

Vario etiam sermonum genere, nunc loquens, nunc disputans, nunc orans, nunc colloquens; nunc in propria persona, nunc in peregrina; placido stylo textum præsentem circumflexi.

Rogo ergo, nemo legentium indignans moveatur super scribentis manum, quia sibi taliter

B b s con-

* Pro rubricatis titulis numeros posuimus.

Scopus & mens auctoris in hoc Soliloquio conscribendo.

Observa varias personas in his Soliloquiis loquentes, quas nos fere passim indicavimus.

PROLOGUS.

confabulari placuit. Ignoscat quoque incompositioni, & facilitati dictaminis, pensans quod Deo non artificiosa, sed simplicia & pura magis redolent.

Quod si fortè uspiam sensus aut minus integer, aut minus clarus apparuerit, super his più flagito correctorem; denuncians ei, si quid ineptum inveniit, ex inadvertentia potius, quàm ex proposito id mihi proruisse.

Adhuc, quia humana judicia (quamvis probabilia) falli possunt; ad te omnipotens Deus & Pater luminum, supplex discipulus recurro, & istud Soliloquium tibi represento; ut tu digna approbes, vitiosa improbes; mihi que vel alteri fideli seruo retius serenanda, qua displicent, insinues.

ORATIO
Pro impetranda animi tranquillitate ad capiendas Scripturas.

Precor itemque Pater sancte, largire mihi exiguo mancipio tuo, tempus & horam commorandi in uberrimis pascuis Scripturarum, qua mea charissima delicia sunt, & erunt; donec dies aternitatis illucescat, & umbra mortalitatis inclinetur.

Sub-

PROLOGUS

*Subtrahere proinde curas inu-
ales, amores temporales, passio-
nes noxias, aliasque causas ab
otio concupito me retardantes:
Oportet enim liberum esse ani-
mum & tranquillum, de intimis
& divinis meditari cupientem.
Ideo, ut talem consequi merear,
benedictione cœlestis dulcedinis
tua me imbuere digneris & in-
fundere; ut tibi ad gloriam, mihi
quoque ad qualemcumque lo-
quar consolationis gratiam.*

Liber &
tranquil-
lus ani-
mus ad
meditan-
dum de
divinis
idoneus.

